mt ccc · mr clxxxi · L cclxxxv · I clxiii & lxxviii · ecce adpropinquabit qui me tradet; Adhuc ipso loquente
ecce iudas unus de duodecim uenit. & cum eo turba multa cū
gladiis & fustibus. missi a principibus sacerdotum & seniori
mt ccci · mr clxxxii · L cclxxxvi · bus populi; Qui autem tradidit eum. dedit illis signū dicens;
quemcumque osculatus fuero. ipse est. tenete eum; & con
festim accedens ad ihm. dixit; Aue rabbi. & osculatus est eū;
Dixitq; illi ihs; Amice. ad quod uenisti; Tunc accesserunt &
manus iniecerunt in ihm. & tenuerunt eum; Et ecce unus mt cccii · mr clxxxiii · L cclxxxvi · I clx
ex his qui erant cum ihu. extendens manum exemit gladiū
suum. & percussit seruum principis sacerdotum. ampu
mt ccciii · tauit auriculam eius; Tunc ait illi ihs; conuerte gladiū tuū
·S· in locum suum. omnes enim qui acceperint gladium. gla
dio peribunt; An putas quia non possum rogare patrē meū
& exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones ange
lorum. quomodo ergo implebuntur scripturae. quia
mt ccciiii · mr clxxxiiii · L cclxxxviiii · I clxx · sic oportet fieri; In illa hora dixit ihs turbis; tamquam
ad latronem existis cum gladiis & fustibus conprachende
re me. cotidie apud uos sedebam in templo docens & n
mt cccv · mr clxxxv · me tenuistis; Hoc autem totum factum est. ut imple
rentur scripturae prophetarum; Tunc discipuli omnes
mt cccvi · mr clxxxvi · L ccxc · I clxii & cclxxiii · relicto eo fugerunt; At illi tenentes ihm. duxerunt ad
caipham principem sacerdotum. ubi scribae & seniores con
mt cccvii · mr clxxxvii · I clxiii · uenerant; Petrus autem sequebatur eum a longe. usque
in atrium principis sacerdotum. & ingressus intro. sede
mt cccviii · mr clxxxviii · L cccv · bat cum ministris ut uideret finem; Principes autem
sacerdotum & omne concilium. quaerebant falsū testi
monium contra ihm ut eum morti traderent. & non in
mt cccviiii · mr cxc · uenerunt cum multi falsi testes accessissent; Nouissime
autem uenerunt duo falsi testes. & dixerunt; Hic dixit
possum distruere templum dī. & post triduum aedificare